

## E P I T O M E.

**H**ispanorum contra Herculem Ferrariae Duceum, in Italia motus exorti brevi, Cosmi Florentiae Ducis opera compoſiti sunt. Galli, rebus contra Hispanos prospere gestis elati, Suleimanom mitrandae in occidentem clasſis audiores fuere. Surrento capto, maritimi locis vastatis, expugnata Ciuitella in insula Baleari minori, praeda graves Byzantium Turcae redire. Variis, ardente inter Gallum & Hispanum bello, utrumque eventus narrantur. Alterum alteri conciliare Venetus omni studio contendit. Imperium, quod Carolus V. abdicaverat, Ferdinandus ejus fratri VII virum suffragiis delatus est. Factum Paulo III. Pontifici minime probatum. Galliae, & Hispaniae Regum oratoribus, uter utri, cum Principi officii cauſa adefſent, digniori loco cederet, acerrime contendentibus, Senatus Gallicum oratorem de antiqua honoris possessione nequaquam deſcendendum censuit. Carolus V. in hispanico ſecuſu diem ſupremum obiit. Conventus utriusque Regis oratoribus ad pacem componendam Lillam indiſtus. Inducias inter ipſos paſtæ. In Mariae Angliae Reginæ defunctæ locum Elisabetha ſucessit. Oboſtas inter Cremonenses, & Brixianos ob Olliū amnum controverſiae, neque arbitrorum colloquiiſ direptæ. Pax inter Gallum, & Hispanum ſancita. Suleimanum ab Hungarica expeditione domesṭica filiorum diſſenſione averterunt. Cōrarenus in Dyrrhacii portum classem intulit, arcem crebris verberationibus iētam pluribus locis diruit, piratarum biremes illinc abduxit. Quod contra foedus haec in Turcas egiffet, dies illi ſenatus conſulto diſta: factum apud Suleimanum purgatum eſt. Henricus Galliae Rex in equeſtri ludo gravi ſucepto vulnere interiit, ac Franciſco II. regnum vacuum reliquit. Paulus III. Pontifex Maximus poſtquam in nepotum avaritiam & libidines gravifime animadverterat, ſeveriſſima ad ecclæſiaſticam disciplinam reſtituendam edicta ediderat, e vivis exceſſit. Plebs Romana furore percita in ejus monumenta ſaevit. Venetiis Laurentius Priolus Princeps ſato functus eſt. Ejus frater Hieronymus ad principatum evectus. Cardinalium comitiis Pius III. cui Joanni-Angelo Mediceo ante nomen erat, Pontifex renunciatus eſt. Ob religionis diſfidia Galliae regnum turbari coepit. Foediſſima Hispaniae clasſis ad Meningem in ſulam clades deſcribitur. Turcas arce inſulae imposta strenue ab Alvaro Sandaeo propugnata tandem pofit. Pius III. Concilium iterum Tridentum indiſit. Cum idem Veronensibus Epifcopum dare Marcum-Antonium Amulium, id temporis apud Sanctam Sedem Reipublicae oratorem, agiſaret animo, quod id per suas leges non liceret, vebeſtenter Patres commoti ſunt. In Gallia, dum perduellium licentiae frena in jicere conabatur, Franciſcus II. immaturo ſato eruptus. Carolus VIII. frater beres fuit. Senatus legatos duos, qui Reipublicae nomine Concilio intereffent, Tridentum miſit: in Marcum-Antonium Amulium, quod cardinalatum ſibi delatum non renuifet, graviter excanduit. De Treviliensibus, qui, oboſti propter Breuibum amnum controverſiis, in Bergomensem agrum excurrerant, praedam egerant, captivos abduxerant, apud Inſubriae gubernatorem graviter Veneti conqueſtiſunt. Haec de cauſa Bergomum validiſſimis operibus munitum eſt. Haeresis in Gallia graſſari coepit, reſque in civile ac intestinum bellum erupit. Interea Tridentum cunctorum fere Christianorum Principum legati adſuere. Inter Venetos, ac Bojariae Duci oratores de digniori loco occupando certatum eſt. Lis, Pontificis iuſſu, Veneti eſt adjuſtata. Galliae Regi rem catholicam contra novatores pro-pugnantem centum aureorū milia, belli civilis ſubſidium, a Senatu miſſa ſunt. Christopherus Canalis, pugna cum piratis commiſſa, graviter duobus jaculis iētus eſt. Deletis hostiis vīctor, ex vulnere occubuit. Fraemia egregia in ejus beredes a Senatu collata. Pax inter regios, & Vgonottos in Gallia ſancita eſt. Veneti Pontificem a comparandis aduersus haereticos iterum in Gallia tumultuantis armis dehortati ſunt. Gradenses, Utinenses, ac Muglenses ab Aūſtriacis finitimiſ vexati: reſ tamē per arbitrios amice ſtatiū compoſita. Abſoluta Tridentina synodo, Patres dimiſſi ſunt. Pius III. Veneti, quod omniſ ſynodi decreta in ſuis ditionibus ſervanda juſſiſſent, magniſſas ad divi Marci aedes eorum oratoribus Romae incolendas dono dedit. Classem Suleimanus ingentem conmeatu, bellicis machinis, ac milite valide inſtructam contra Hieroſylianos Equites miſit. Turcae ad Melitam expoſti Sancti Hermi arcem egregie propugnatam non ſine maxima ſuorum caede tandem cepero: per quatuor menses Divi Michaelis munitione oppugnata, obſidionem Equitum virute ſolvere coaſti, Byzantium re infecta reverttere. Pius III. Romæ moriuitus eſt. Michael Gislerius ſucessit, qui Pius V. appellatus. Pialis ſupremus turcicæ clasſis praefectus Chium occupavit: in hadriaticum ſinum classem intulit. Veneti infaſtum boninē celeri clasſis apparatu a ſuis ſinib⁹ avertere. Dun ancipiſſi fortuna inter Chriſtianos & Turcas in Pannonia dimicabatur, Suleimanus ad Zigelum extinctus eſt. Imperium Selymo filio obvenit. Turbarum, quae in Belgio excitatae, origo & cauſae continentur. Selynum de invadenda Cypro conſilia agitare, Venetias allatum eſt. Maritimæ ditionis oppida validius a Venetis ſirmata ſunt, & ad Leucostiam Cypri regni caput egregiae munitiones excitatae. Pax inter Maximilianum, & Selynum ſacta. Selynum in ganeis & luſtris imperii administratio-nem auſpicatus. Contra perduelles bellum in Gallia protractum eſt. Poſt Hieronymi Prioli obitum Venetiis Petro Lauretano nec opinanti principatus delatus eſt. Novi ab Arabia ad totam Aegyptum pertinen-tes rumultus, eo Selymi armis aversis, Venetos, Pontificem, Hispanos incertos omnes, quos Turcae peritu-reffent, metu omni levaverunt. Statim a conciliata iterum cum foederatis perduellibus pace, tertio civile bellum in Gallia exarſit. Centum aureorū milia a Venetis Galliarum Regi commodata. Marcus Quiri-nus piratica navigia ſemel iterumque in ſuam potestatem redegit: piratas ad unum contrucidavit. Anno-nae caritate vebeſtenter Venetiis laboratum eſt. Navale foediſſimo incendio, majoritamen civitatis trepidatione, quam damno conflagravit.